

Nos Arnoldus Blatter pro te in p[ro]curator
& Oratores conscripti septem Desenorum Republica Sal-
lesia Seduni in generalibus Natalitiorum Comitijs universaliter
congregati

Equum esse censemus, bene meritos de Republica remunerari, & quos sedulam, et indefessam in ijs, quæ ad re-
dignitatēque Republicæ Nostræ pertinent, collocasse industriam, studium, ac sollicitudinem advertimus, omni benevolentia,
genere, publicisque æstimationis nostræ testimonijs complecti, ut scilicet palam faciamus Meritis Nos sua velle esse præmia,
& significationes publici honoris, & hac distinctione alios impelli, sollicitariq; ad imitanda alacriter benemeritorum de comodis publi-
cis laudabilia exempla. Cum itaque Dñus Joannes Baptistæ Gachinus Jurisconsultus natione Mediolanensis jam ab a[n]n-
compluribus res ac negotia Republicæ Nostræ in urbe Mediolani egerit, ac procurarit, atq; in eo munere ea cum laude versatus sit,
ut specimina minimè dubia Prudentiæ, ac Fidei erga Nos sua dederit sive operam gnavam ad publicæ Rei Nostræ comoda
conferendo, sive aliâ quavis occasione cum se præstando, qui dignus sit, ut majorem in modum, nulloq; non tempore apud Nos com-
mendatus habeatur, Nos Ballivus, ac Oratores conscripti præstitam in Republica Nostræ Rationis haud segnem operam industri-
amq; præfati Dñi Joannis Baptistæ Gachini, ac partes Agentis Nostræ solerter expletas merita recordatione expendentis, ade-
oq; Meritis Ipsius proprijs, ac Virtutibus animos Nostræ morantibus, Eundem Dñum Gachinum tanquam de Statu Nostræ be-
ne meritum speciali benevolentia genere complecti, Nostramq; in Eum voluntatem propensam opere ipso testatam facere cupientes, nec
vulgarem studiorum erga Nos suorum, officiorumq; fructum Eadem impertire volentes præmemoratum Dñum Joannem Bap-
tistam Gachinum Ejusque Liberos utriusq; sexus tam natos quam nascituros Eiusdemq; filiorum liberos ac descendentiū masculorū
præsentium tenore in numerum liberorum Patriotarum Nostrarum pro Nobis & successoribus Nostris referimus, ac in Patriotas li-
beros ac veluti ex patria Nostræ naturaliter ortos, & progenitos assumimus, recipimus, & immatriculamus, ita ut ab-
inceps in perpetuum uti, frui, et gaudere valeant omnibus & singulis immunitatibus, usibus, privilegijs, exemptionibus, liber-
tatibus, ac prærogativis, quibus gaudent, ac potuntur de jure facti, et consuetudine alij Compatriotæ Nostræ, volentes, ac decer-
nentes Eundem Dñum Joannem Baptistæ Gachinum Ejusq; descendentes ac posteros ut supra pro veris ac naturalibus Co-
patriotis Nostris ubilibet haberi, reputari, tractarique debere, et ut tales omnium Patriotali juri annexarum prærogativa-
rum ex nunc in postera tempora comparticipes & compotes fore. In quorum fidem præsentem consueto Republicæ Nostræ si-
gillo ac propria Cancellarij Nostræ subscriptione munitas dedimus Seduni ex consilio Nostræ generali die decima nona men-
sis Decembris anni millesimi septingentesimi trigésimi quarti.

Morscio 27 (137)



J. Schiner Reip.
Cancellarius J.



1734

XXIX 304

Morleo 27 (137)

